Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31247
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



domine cum muliere samaritana loqui dignatus es
Sive quod maius est numquid cum chananea que
adorabat ydola colloquium miscuisti eius insup
filiam ademonio liberasti maternis precibus Hanc
circa me queso domine mirande pietatis tue regu
lam exhibe extinctum anime mee infelicis ignitu
lum Hijs olei tui fomitibus reaccende Non pauli
non petri mīam quero quia dum alter ignorancia
alter timore peccauit facile uterqz ueniam meruit
Illud michi pijssime mīcordie tue genus indulge.
Illud anime mee languenti ul' iam potius morienti
suauissime medicine tue poculum porrige quod la
troni in cruce pendenti misericors obtulisti Eumqz
iam absorptum ex deglucientis mortis faucibus e
duxisti Illud tue misericordie genus quero quod de
prehense in adulterio p̄buisti quod peccatrici in domo
Symonis contulisti que dum pedes tuos crinibus
tersit animam suam a pctorum sorde purgauit Hec
mō trahe me ad te saluator meus Accende me Puri
fica me impleant amore tuo omnia uiscera mea.
Ut bn̄dicat tibi anima mea ⁊ descendat super me
mīa tua Adhec enim te pater omnip̄s misit in terras
ut saluos facias pctores Qui tecum ⁊ c̄ spu sancto
uiuit ⁊ regnat in secula seculorum Amen. et ceter

Recordare domine Jhesu criste q̄a
non auro ul' argento sed ꝓprij
sanguinis tui me precio redemisti
⁊ cum sis fons patens domus da
uid in ablucionem pctoris ⁊ mēs
truate ego solus domine tante
pietatis expers ero ⁊ extra redēp
cionis tue lineam remanebo heu
me pijssime domine p̄mittes me cum regnacionis
tue tunica quam m̄ dedisti cum uexillo sc̄e crucis qd̄
michi in fronte pinxisti in manus uenire dyaboli